Fragmentarium

VIII· Propter quod non sustinentes amplius
placuit nobis re-
manere athenis solis; et
misimus timotheum
fratrem nostrum
et ministrum dei in
evangelio christi
ad confortandos
vos et exhortandos
pro fide vestra·
ut nemo moveatur
in tribulatio-
nibus istis; ipsi enim
scitis quod in hoc
positi sumus;
Nam et cum apud vos
essemus praedicebamus
vobis passuros

nos tribulationes
sicut et factum est et scitis;
X· Propterea et ego iam
plus non sustinens misi
ad cognoscendam fidem
vestram· Ne forte
temptaverit vos
is qui temptat
et inanis fiat labor
XI· noster; Nunc autem
veniente timotheo
ad nos a vobis et adnun-
tiante nobis fidem
et caritatem vestram
et quia memoriam nostri
habetis bonam semper
desiderantes nos vi-
dere sicut nos quoque
vos· Ideo consolati sumus

nec de re receperunt et
quae de fide sit apostolo
laudi cebantur; hos
cohortatur apostolus
scribens eis ab athenis
per thimotheum;

I· De apostolo et sil-
vano et timotheo pro the-
ssalonicensibus semper orantibus;

II· De fide thessalonicensium
singulari et quod exem-
plum ceteris gentibus
fuerint ad credendum;

III· De persecutionibus apostolo-
rum et contumeliis in phi-
lippis;

IIII· De sinceritate apostoli
et quod non hominibus placen-
dum sit sed domino deo;

V· De eo apostolo cum possit
oneri esse tamquam
domini christi apostolus tamen
adulationem
et avaritiae et gloriae
ab hominibus abnuente;

VI· De eo apostolo ne quem gra-
varet diebus ac noctibus
manibus operantem;

VII· De iniquitatibus iudaeorum
eo quod inte ficerent
dnm et pphetas et apos-
tolos fuerint psecuti;

VIII· De eo apostolo veniendi
ad thessalonicenses
et diabolum inpediente;

VIIII· De eis quod in tribu-
lationibus moveri non de-
beant sed potius provocari;

Ser.n. 2065

ONB Cod. Ser. n. 2065 fol. 82v

ÖNB Cod. Ser. n. 2065 fol. 79r

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2065, CodSerNov2065_82v – Biblia (Vetus Latina)

(https://fragmentarium.ms/view/page/F-rm22/2003/23731)